



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

68. An sit peccatum mortale detegere alterius peccatum notorium
notorietate iuris, vel facti aliqua Civitate, ubi ignorabatur? Ex p. 4. tr. 4. &
Misc. res. 128.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Sup. hoc in §. 1. **M**ultum practicabilis est questio ista, & in explanatione illius plurimos, & fortissimos aduersarios habemus; ideo sententiam affirmatiuam docent communiter DD. ita Lessius lib. 2. cap. 11. dub. 13. n. 78. Sotus de iust. lib. 5. q. 10. art. 2. Villalobos in summa tom. 2. pr. 11. diff. 36. n. 13. Fabrus de rest. in 4. sent. dist. 15. q. 3. disp. 53. c. 4. n. 130. Salon. in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 2. contr. 18. Nauar. lib. 2. c. 4. n. 288. Sayr. in clau. Regia lib. 11. c. 6. n. 25. c. 26. Mald. in 2. 2. tr. 7. c. 1. dub. 6. & alij quam plures penes ipsos. Probatur hæc opinio, quia in tali casu læditur proximus in re magni momenti, quod merito ægerime ferrem mihi fieri. Nec valet dicere, quod taliter infamatus ius ad famam non habet, quia sine cuiusquam iniuria, & absque fraude eam possidebat, eaque adhuc illi fuisset fruitura. Ergo contra charitatem est, illum bono nomine spoliare, præsertim si nihil commodi proueniat de detractatione. Ita Lessius, qui limitat hanc sententiam. Primò, si illè parum curet se alibi infamari, quod sæpè fieri solet, præsertim si procul absit. Secundo, si quis ob grane crimen fuerit publicè punitus; tunc enim sæpè expedit talia ad ædificationem narrari.

2. Sed ad tollendos omnes scrupulos, his non obstantibus existimo probabiliter sic detrahentes non peccare, neque contra iustitiam, neque contra charitatem. Et ita docet nonissimè Fagundez præc. 2. lib. 5. c. 3. n. 14. Vbi sic asserit. Vera sententia docet non esse peccatum mortale, neque contra charitatem, neque contra iustitiam, detegere notorium crimen facti, vel iuris, hoc est, vel per rumores, & famam publicam, vel per sententiam iudicis in alio loco, & regione, vbi ignorabatur, & personis qui nihil de illo sciebant, siue fama illuc breui, siue post longum tempus, siue nun-

quam peruentura sit. Sic ille, qui validissimis rationibus probat hanc sententiam, & citat pro illa Caiet. rom. opus. 31. respons. 9. Nauarum in summa c. 1. n. 16. & Maiorem in 4. dist. 21. qu. 2. Hanc opinionem docet etiam Azorius p. 3. lib. 13. c. 1. dub. 8. & Fillucius tom. 1. tr. 3. c. 9. n. 235. qui se remittit ad Nauarum, & Caietanum vbi supra. Et illam probabilem esse putat Nauagnus in 3. part. tom. 1. q. 80. art. 6. diff. 3. §. hæc diffinitio, nam opinionem contrariam, quam ipse tenet, vocat probabiliozem.

3. Fundamentum verò contrariæ sententiæ, quod docet Lessius, reprobatum solide à Fagundez vbi supra. Legitur viatores abstineant à similibus detractationibus, sed si detrahant non peccabunt mortaliter, vt patet ex dictis, neque contra charitatem. Sed ad alia deueniamus.

RESOL. LXVIII

An sit peccatum mortale detegere alterius peccatum notorium notorietate iuris, vel facti in aliqua ciuitate, vbi ignorabatur. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Rel. 128.

§. 1. **C**ontra plures negatiuam sententiam docet etiam Lessius, cuius confirmationem adduxi aliquos Doctores, quibus nunc addo Samuelem Lublinum in summa cas. cons. ver. fama. n. 28. vbi sic ait. Infamatum alicubi iuridice, aut publice alibi prodeci non est mortale, nec vlla restituendi obligatio. Ita illi, & ante illum Emanuel Sà ver. infamare, n. 5. igitur in tali casu non peccatur contra iustitiam, neque contra charitatem. Sed scio contrariam sententiam multos docere, asserentes tales peccare contra charitatem, sed nostra opinio non est minus probabilis.

In indice primo huius Tom. 8. lege Apêdicem ad hunc Tract. 7. Vbi inuenies alias quam plurimas Diss. mis. & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 7. de Furto, & Restitutione, &c.

TRACTATUS OCTAVVS
DE CASIBVS OCCVRRENTIBVS
TEMPORE MORTIS.

RESOLVTIO PRIMA.

An morturo liceat respuere medicamentum, dum adest spes salutis?
Et an infirmus teneatur parere Medico applicanti medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantum præcepto, quo est adstrictus propriam vitam conseruare?
Et an infirmus, si comedat, vel bibat rem nociuam putans, vel non aduertens, quod ei nocerit, non peccet mortaliter, imò si credat, quod ob id eueniet ei aliquod nocumentum, sed non magnum. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 135.

Sup. hoc supra in cr. 5. Tertio licitum est omittere, cursum ad lin. 4.

§. 1. **R**ESPONDEO negatiuè, notandum est tamè hic obiter, licitum & meritorium esse viris perfectis respuere medicinam in aliquibus morbis, & doloribus granibus non asseritibus periculosis, mortis, v. g. in dolore passionis iliacæ remedia omittit ad profectum spiritualem & carnis mortificationem, & ad experiedum dolores Christi in passione.

2. Nota etiam quòd si infirmus comedat, vel bibat rem nociuam, putans, vel non aduertens quòd ei nocerit, non peccat mortaliter, imò etiam si credat, quòd ob

id eueniet ei aliquod nocumentum, sed non magnum, vt dolor aliquis capitis, vel maior aliqua febris, non peccaret mortaliter, quia nocumentum non est magnum, imò licet ex intentione illud intendere, neque etiam peccaret mortaliter. Sic docti iuniores, & hæc omnia docet Sanchez in opus. 1. 3. lib. 5. c. 1. dub. 35. n. 7. & 8. cum Nauarro c. 11. n. 41. Caietano in 2. 2. q. 97. art. 1. & aliis.

3. Non desinam tamen hic adnotare quòd infirmus non tenetur parere Medico applicanti medicinas, distincto præcepto obedientiæ, sed tantum præcepto, quo est adstrictus propriam conseruare vitam, & ita docet Sancius in select. disp. 13. n. 8. & Salas de legib. disp. 10. sect. 1. n. 2.

RESOL. II.

An sumina etiam ignobili in periculo mortis liceat non ostendere verenda Chirurgo?
Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab obstetricibus, vel aliis feminis, an tunc vtrique teneatur sumina etiam nobilis illa sufferre, & verenda supradictis obstetricibus ostendere. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 138. §. 1. Respondeo